


7-23



MANUALE PIETATIS

ERGA VITAM, MORTEM, ET GLORIAM DOMINI
NOSTRI JESU CHRISTI, EJUSQUE DIVINAM
MATREM EXHIBENDÆ

EX RITUALI ROMANO DEPROMPTUM

PRO CEREMONIIS AC PROCESSIONIBUS NON-
NULLIS RITE PERAGENDIS

USUI RR. PP. CAMALDULENSIUM MONTIS CORONÆ

ACCOMMODATUM

CURA EREMI INSULÆ VIGRENSIS, PERMISSUI SUPE-
RIORUM JUNCTA

PRÆLO DATUM.



V I L N Æ
TYPIS S. R. M. PP. BASILIANORUM.
ANNO DOMINI MDCCCLXX.

Р А Г А Т Е К Е Л А С И А Н

И Т Е М И Т С И Т Г О Р А Д О Н И
Л О С Т И С А С Т В О Р Е Д У Г И В А
Л О С Т И С А С Т В О Р Е Д У Г И В А

Е Х Р И С Т Я Й О Н И

Д Р Е Й О М П Т М

П Р О Г Р А М М А В А Н Е Ч Е Р К И С И
И Н С А Н И Т А Б А З А В А
Г Е С А Р А Т . С А М А Д А У С И М О Н И

А С С О М О Д А

П Р О Г Р А М М А В А Н Е Ч Е Р К И С И
И Н С А Н И Т А Б А З А В А
Г Е С А Р А Т . С А М А Д А У С И М О Н И


М У Т А С О Д А

Ф И

А д о
С т е
г л о р и а
Л у с и
п о п у л и

Р е с
т е н
р у м
д и с

М И Я О Н И
Л И С Т И
В А З А
З А Б И Т Т
С О Д А
С О Д А



IN FESTO PURIFICATIONIS B. V. M A R I Æ.

AD PROCESSIONEM *ANTIPHONÆ*.

FINITA DISTRIBUTIONE CANDELAARUM, OMNES EXEUNT
EX CHORO ANTE ALTARE MAJUS ET SACERDOS
CELEBRANS INCIPIT:

PROCEDAMUS IN PACE. *CHORUS RESPONDET*:
IN NOMINE CHRISTI Amen.

ANTIPHONA.

Adorna thalamum tuum Sion, & fuscipe Regem **CHRISTUM**: amplectere **MARIAM**, quæ est Cælestis Porta: Ipsa enim portat Regem gloriæ novi luminis. Subsistit Virgo adducens manibus Filium ante Luciferum genitum, quem accipiens Simeon in ulnas suas, prædicavit populis Dominum esse vitæ & mortis & Salvatorem mundi.

ANTIPHONA.

Responsum accepit Simeon a Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi videret **CHRISTUM** Dominum. Et cum adducerent Puerum in Templum, accepit eum in ulnas suas, & benedixit **DEUM**, & dixit: Nunc dimittis servum tuum in pace.

A2

V.

Eremi Montis Argentini



v. Cum inducerent Puerum JESUM Parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo: Ipse accepit eum in ulnas suas.

IN INGRESSU ECCLESIAE.

R. Obtulerunt pro eo, Domino par turturum, aut duos pullos columbarum: sicut scriptum est in lege Domini.

Postquam impleti sunt dies Purgationis MARIAE secundum Legem Moysi, tulerunt JESUM in Jerusalem, ut sisterent eum Domino.

Sicut scriptum est iu Lege Domini
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto;
Sicut scriptum est in Lege Domini.

ANTIPHONÆ CANTANDÆ IN PROCESSIONE DOMINICÆ PALMARUM.

Cum appropinquaret Dominus Jerosolymam, misit duos ex Discipulis suis dicens: Ite in castellum, quod contra vos est: & invenietis pullum asinæ alligatum, super quem nullus hominum sedet; solvite, & adducite mihi. Si quis vos interrogaverit: dicite opus Domino est. Solventes adduxerunt ad JESUM: & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedet super eum; alii expandebant vestimenta sua in via: alii ramos de arboribus sternebant; & qui sequebantur, clamabant. Hosanna, Benedictus qui venit in Nominе Domini: Benedictum Regnum Patris Nostri David: Hosanna in excelsis: Miserere nobis Fili David;

Cum audisset populus, quia venit JESUS Jerosolymam, acceperunt ramos palmarum, & exierunt ei obviam, & clamabant pueri dicentes: Hic est qui venturus est in salutem populi: Hic est salus nostra, & redemptio Israël. Quantus iste est, cui Throni & Dominationes occurruunt? Noli timere Filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi, sedens super pullum asinæ, sicut scriptum est: Salve Rex fabricator mundi, qui vennisti redimere nos.

PRIMUS



PRIMUS CHORUS.

Antiphona. Ante sex dies solemnis Paschæ: quando venit Dominus in Civitatem Jerusalem, occurrerunt ei pueri; & in manibus portabant ramos palmarum & clamabant voce magna dicentes: Hosanna in Excelsis: Benedictus qui venisti in multitudine misericordiæ tuæ: Hosanna in Excelsis.

SECUNDUS CHORUS.

Antiphona. Occurrunt turbæ cum floribus, & palmis, Redemptori obviam: & Victori triumphanti digna dant obsequia: Filium ore gentes prædicant, & laudem Christi voces tonant per nubila: Hosanna in Excelsis.

PRIMUS CHORUS.

Antiphona. Cum Angelis, & pueris, fideles inveniamur, Triumphantori mortis clamantes: Hosanna in Excelsis.

SECUNDUS CHORUS.

Antiphona. Turba multa, quæ convenerat ad diem festum, clamabat Domino: Benedictus qui venit in Nomine Domini: Hosanna in Excelsis.

DUO CANTORES IN ECCLESIA.

Gloria, laus, & honor Tibi sit Rex CHRISTE Redemptor

Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

CHORUS EXTRA ECCLESIAM.

Gloria, laus, & honor tibi sit Rex CHRISTE Redemptor

Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

DUO CANTORES.

Israel es tu Rex, Davidis & inclyta proles

Nomine qui in Domini Rex benedicte venis.

CHORUS.

Gloria, laus, & honor tibi sit Rex CHRISTE Redemptor

Cui puerile decus prompsit Hosanna pium.

DUO CANTORES.

Cætus in excelsis, te laudat Cælicus omnis,

Et mortalis homo, & cuncta creatæ simul.

CHORUS



CHORUS.

Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex CHRISTE Redemptor

Cui puerile decus promptis Hosanna pium

DUO CANTORES.

Plebs Hebræa tibi cum palmis obviam venit,

Cum prece voto, Hymnis, adsumus ecce Tibi

CHORUS.

Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex CHRISTE Redemptor

Cui puerile decus promptis Hosanna pium.

DUO CANTORES.

Hi tibi pallio, solvebant munera laudis

Nos tibi regnanti, pangimus ecce melos,

CHORUS.

Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex CHRISTE Redemptor

Cui puerile decus promptis Hosanna pium.

DUO CANTORES.

Hi placuere tibi, placeat devotio nostra

Rex bone, Rex clemens, cui bona cuncta placent.

CHORUS.

Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex CHRISTE Redemptor

Cui puerile decus promptis Hosanna pium

CELEBRANS HASTA CRUCIS SEMEL PERCUTIT PORTAM IN IMA PARTE, QUÆ STATIM APERITUR FER
CANTORES ET CELEBRANS INCIPIT.

ANTIPHONA.

Ingredientे Domino in Sanctam Civitatem, Hebræorum pueri, resurrectiōem vitæ pronuntiantes. * Cum ramis palmarum Hosanna clamabant in excelsis, cum audisset populus, quod JESUS veniret Jerosolymam exierunt obviam. * Cum ramis palmarum Hosanna clamabant in excelsis.

Feri-

7

**FERIA QUINTA IN CÆNA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI
DUM PORTATUR SS. SACRAMENTUM AD SACRISTIAM**
Cantatur HYMNUS.

Pange lingua glorio.,
Corporis Mysterium,
Sangvinisq; pretiosi,
Quem in mundi pretium.
Fructus ventris generosi,
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus,
Ex intacta Virgine
Et in mundo conversatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus,
Miro clausit ordine.
In supremæ nocte cænæ.
Recumbens cum fratribus,
Observata lege plenè
Cibis in legalibus
Cibum turbæ duodenæ.
Se dat suis manibus.

Verbum Caro Panem verum,
Verbo Carnem efficit,
Fitq; Sanguis CHRISTI merum,
Et si sensus deficit
Ad firmandum cor sincerum,
Sola fides sufficit;
Tantum ergo Sacramentum,
Veneremur cernuij
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui.
Præstet fides suplementum,
Sensuum defectui.
Genitori Genitoq;
Laus & jubilatio,
Salus honor virtus quoq;
Sit & benedictio:
Procedenti ab utroq;
Compar sit laudatio, Amen.

**FERIA SEXTA PARASCEVES,
QUANDO REPORTATUR SS. SACRAMENTUM AD ALTARE
EX SACRARARIO**
Cantatur HYMNUS.

VExilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis Mysterium
Quo carne carnis conditor
Suspensus est patibulo.
Quo vulneratus insuper
Mucrone diro lanceæ

Arbor decora & fulgida.
Ornata Regis purpura
Electa digna stipite,
Tam sancta membra tangere
Beata cujus brachiis
Sæcli peperdit pretium
Statera



Statera facta corporis
 Prædamq; tulit tartari.
 Ut nos lavaret crimine,
 Manavit unda, & Sangvine.
 Impleta sunt quæ concinit
 David fideli carmine
 Dicens in nationibus,
 Regnavit a ligno DEUS

O Crux ave spes unica
 Hoc passionis tempore
 Auge piis justitiam
 Reisq; dona veniam
 Te summa DEUS Trinitas
 Collaudet omnis Spiritus,
 Quos per Crucis Mysterium
 Salvas rege per saecula, Amen.

FERIA SEXTA PARASCEVES,
QUANDO PORTATUR IN PROCESSIONE SS. SACRAMEN-
TUM AB ALTARI AD SEPULCHRUM SEQUENTES
 ¶. & R. cantantur.

¶. Recessit Pastor noster, fons aquæ vivæ, ad cuius transitum sol ob-
scurus est.

R. Nam & ille captus est, qui captivum tenebat primum hominem;
hodie portas mortis & feras pariter, Salvator noster disruptit.

¶. Destruxit quidem claustra inferni, & subvertit potentias dia-
boli.

R. Nam & ille captus est, qui captivum tenebat primum hominem;
hodie portas mortis, & feras pariter Salvator noster disruptit.

¶. Ecce quomodo moritur justus, & nemo percipit corde, & Viri
justi tolluntur, & nemo considerat, à facie iniustitatis sublatus est justus.

R. Et erit in pace memoria ejus.

¶. In pace factus est locus ejus, & in Sion habitatio ejus.

R. Et erit in pace memoria ejus.

¶. Tanquam agnus coram tondente se obmutu & non aperuit os
suum, de angustia & de judicio sublatus est.

R. Et erit in pace memoria ejus.

¶. Sepulto Domino signatum est monumentum, volventes lapi
ad ostium monumenti.

R. Ponentes milites qui custodirent illud.

¶. Accedentes Principes Sacerdotum ad Pilatum, petierunt illum.

R. Ponentes milites, qui custodirent illud.



v. Ne forte veniant Discipuli ejus & furentur eum, & dicant plebi,
surrexit a mortuis.

R. Ponentes Milites, qui custodirent illud.

*IN DOMINICA RESURRECTIONIS AD APERTIONEM
SEPULCHRI ANTIPHONA.*

Gloria Tibi Trinitas, æqualis una Deitas, & ante omnia sæcula
& nunc & in perpetuum.

Psalmus. Laudate Dominum omnes gentes: Laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus: & veritas
Domini manet in æternum. Gloria Patri &c.

Psalmus. Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me: Multi
insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ mæ: non est salus ipsi in DEO ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es: gloria mea & exaltans ca-
put meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: & exaltavit me de monte sancto suo.
Ego dormivi & soporatus sum: & exurrexi quia Dominus suscepit me.
Non timebo milia populi circumdantis me: exurge Domine, sal-
vum me fac DEUS meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: den-
tes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

Gloria Patri & Filio &c. Kyrie eleyson, Christe eleyson, &c.

Pater noster &c. Et ne nos inducas &c.

v. In Resurrectione tua Christe Alleluia,


R. Cælum & terra lætantur Alleluia.

v. Dominus Vobiscum, R. Et cum Spiritu tuo,

O R E M U S.

DOMINE JESU CHRISTE, Rex gloriæ, humilis in passione, potens
in Resurrectione; Mortis inferniq; destructor, quod olim per Pro-
phetas in Scripturis promisisti, hodie devicta morte resurgendo im-
plevisti,

B




Ant
pert
nge
ate,
ate.
ivit,
xit,
titari
R00
plevisti, propter quod oninis Cœlestis Militiae Spiritus; & totus ter-
rarum Orbis pro fuso mentis gaudio, exultando te resurgentem ado-
rant & glorificant: Tartareæ quoq; nimium formidant, ac tremunt
Potestates. Nos autem tuæ dignationis humiles servuli, gloriæ
Resurrectionis tuæ memori. in unanimi voto, devotissime celebra-
tes; ecce frequentes adsumus, & exuberantis tuæ in nos charitatis
memores, pias non continemus lachrymas. Respice quæsumus hu-
militatis nostræ obsequia, & præsta: ut detersis peccatorum nostro-
rum sordibus, in his Paschalibus solemnis tibi resurgere, & sanctissi-
mæ Passionis ac Resurrectionis tuæ fructus capaces esse mereamur.
Qui vivis & regnas DEUS in sæcula sæculorum, Amen.

**FINITA ORATIONE, ASPERSIONE ET INCENSIONE SE-
PULCHRI SS. SACRAMENTI;**
Cantatur Antiphona.

Cum Rex gloriæ Christus, infernum debellaturus intraret, & Cha-
rus Angelicus, ante faciem ejus portas principum tolli præciperet:
Sanctorum populus, qui tenebatur in morte captivus, voce lachryma-
bili clamaverunt: Advenisti desiderabilis, quem expectabamus in te-
nebris, ut educeres hac nocte vinculatos de claustris. Te nostra vo-
cabant suspiria, te larga requirebant lamenta. Tu factus es spes
desperatis, magna consolatio in tormentis.

SEQUENTES VERSUS CANTATUR IN PROCESSIONE.

SAlve festa dies, tota venerabilis ævo,
Qua DEUS infernum vicit & astra tenet.
Ecce renascentis testatur, gratia mundi
Omnia cum Domino dona rediisse suo.
Namq; triumphanti, post tristia tartara Christo.
Undiq; fronde nemus, grama flore fayent
Legibus inferni oppressis, super astra meantem,
Laudant rite DEUM, lux, polus, arva fretum.
Qui Crucifixus erat DEUS, ecce per omnia regnat,
Dantq; Creatori, cuncta creata precem.



Antiphona. Stetit Angelus ad Sepulchrum Domini, stola claritatis copertus, videntes eum mulieres, nimio terrore perterritæ, astiterunt a longe: tunc locutus est Angelus, & dixit eis, Crucifixum in carne laude, & sepultum propter vos glorificate, resurgentemq; a morte adorate. Nolite metuere dico vobis, quia ille quem queritis mortuus jam vivit, & vita hominum cum eo surrexit. Recordamini quomodo prædixit, quia oportet Filium hominis crucifigi, & tertia die a mortuis scitari Alleluja.

**PROCEDENTIBUS SINGULIS HYMNI VERSIBUS, POPULUS
SEQUENTEM CANTUM INSERIT.**

PRzez twoie święte Zmartwychwstanie
Boży Synu odpuścił nam nasze zgrzeszenie
Tyieś ten dzień sam wławił
Zywotę nasz naprawił
Smierci wieczney nas zbawił
Swoje świętą moc wławiał.

**CHORO APERTIS AC JUCUNDIS VOCIBUS AD FINEM PRO-
SEQUENTE, PER ECCLESIAM SEMEL VEL TER DONEC
CANTUS FINIATUR, PROCESSIONEM PERAGENDO
CLERO PRÆCEDENTE ET POPULO ACCENSIS CAN-
DELIS SEQUENTE FINITO RESPONSORIO POPU-
LUS CANTAT.**

CHRystu zmartwychwstał iest,
Nam na przykład dan iest,
Iż mamy zmartwych powstać
Z Panem Bogiem królować,
Alleluia.

Leżał trzy dni w grobie,
Dał Bóg przebić sobie
Bok, Ręce, Nodze obie
Na zbawienie człowiecze tobie
Alleluia.

Trzy Marye poszły
Drogie maści niosły
Chciały Chrystusa pomazać
Jemu cześć chwałę oddać
Alleluia.

Gdy na drodze stały
Tak sobie mówili
Jest tam kamień niemały
A ktoś nam go odwali
Alleluia.

13

Powiedź nam MARYA
Gdzieś Pana widziała
Widziałam go po Męce
Trzymał Chorągiew w ręce
Alleluia.
Gdy nad grobem stały
Rzekł im Anioł biały
Nie lękaycie się Dziewice
Uyrzycie Boże lice
Alleluia.
JEZUSA szukacie
Tu go nie znajdziecie

Wstał ci zmarłych, tu go nie
Tylko iego odzienie Alleluia,
Łukasz z Kleofaszem
Oba jednym czasein
Szli do Miasłeczka Emaus
Potkał ci ich Pan JEZUS
Alleluia.
Bądźmy wszyscy weseli
Jako w Niebie Anielii
Czegośmy pożądali
Tegośmy doczekali
Alleluia.

FINITA PROCESSIONE ET POSITO IN ALTARI SS. SACRAMENTO PRÆLATUS INTONAT VERSUS SEQUENTES.

V. Surrexit Dominus de Sepulchro Alleluia,
R. Qui pro nobis pependit in ligno Alleluia.
V. Surrexit Dominus vere Alleluia. R. Et apparuit Simoni Alleluia,
V. Dominus Vobiscum, R. Et cum Spiritu tuo.


OREMUS.

DEUS, qui nos Resurrectionis Dominicæ annua solennitate lœtificas:
concede propitius, ut per temporalia festa, quæ agimus, pervenire
ad gaudia æterna mereamur. Per eundem &c.

WEsoły nam dziś dzień nastął, którego z nas każdy żądał, tego dnia
CHRYSTUS zmarłychwstał, Alleluia.
Alleluia, Alleluia, Król Niebieski knam zawitał, iako śliczny kwiat
zakwitnął, Alleluia.

Piekilne mocu zwojował, nieprzyjaciele podeptał, nad nędznemi się
zmiłował, Alleluia.

Do trzeciego dnia tam mieści al, Oyce Święte tam pocieszał, potym
im z sobą iść kazal, Alleluia. Którzy



Którzy w Ochłaniach mieszkali, z radością tam za..., gdy Zba-
iciela uyrzeli, Alleluia.

Zawitay pożądający Panie BOZE Wszechmogący, wybaw nas z
piekielney mocy, Alleluia.

Wielkie tam wesele mieli, gdy Zbawiciela uyrzeli, którego z dawna
żądali, Alleluia.

Potym swą mocą zmartwychwstał, Pieczęci z Grobu nie ruszał, na
Stroże wielki strach powstał, Alleluia.

A gdy Pan CHRYSTUS zmartwychwstał, miłośnikom się ukazał, A-
niołów do Matki pośłał, Alleluia.

Aniołowie naymileyſi, idźcież do Panny Nayświętszey, do Matki
mey naymileyſzey, Alleluia:

Odemnie ią pozdrawiaycie, i wesoło zaśpiewaycie: Królewno Ray-
ska wesel się, Alleluia.

Potym z fwą wielką światłością do Matki swey przystąpiwszy, po-
częszyl ią pozdrowiwszy, Alleluia.

Napełniona bądź łodkości Matko moja i miłości, po oney wielkiej
żałości, Alleluia.

Witayne JEZU nayłodszy, Synaczku mój naymileyſzy, posieszenie
wszelkiej duszy, Alleluia.

Jestem iuż barzo wesoła, gdym cię żywego uyrzała, iakobym się na-
rodziła, Alleluia.

Łaskawie z nim rozmawiała, blizny iego całowała, w radości się z
nim rozstała, Alleluia.

CHRYSTE przez twe Zmartwychwstanie, day nam grzechów od-
pušczenie, a pozym duszne zbawienie, Alleluia.

PIESN NA BOZE CIAŁO.

TWoja cześć chwała, nasz wieczny Panie,
Na wieczne czasy, niech nieustanie.

Tobie dziś daiem z Wojskiem tych ludzi,
Poklon i pienię my twoi ludzy.

Dziękując wielece twey wielmożności,
Za ten Dar zacny twey wszechmocnoſci.

Zes



Ześ się darował nam nic niegodnym
 W tym SAKRAMENCIE tobie istotnym
 Raczyłeś zostać w takiej Osobie
 Dla nas grzesznikow nie folgując sobie.
 Ciało twe święte co krzyżowali
 I Krew Nayświętszą którą przelali
 Przyszedłszy na świat Pan wieczney chwały
 Użyłeś wielce nędze nie maley
 Dałeś się potym w wielkiej miłości,
 Na męki srogie bez swey litości.
 Wstępuiąc zasię do chwały wiecznej,
 Zostawiłeś nam ten to Dar zacny
 Na to my patrząc w tym SAKRAMENCIE
 Z pociechą wielką serce nam roście
 Tobie my BOZE teraz śpiewamy
 Przed twą światością nisko padamy.

PER OCTAVAM SS. CORPORIS CHRISTI POST MEDITATIONEM DICITUR SEQUENS ANTIPHONA CUM VERSU ET ORATIONE CORAM EXPOSITO SANCTISSIMO SACRAMENTO.

ANTIPHONA.

O Sacrum convivium, in quo CHRISTUS sumitur: recolitur memoria passionis ejus: mens impletur gratia, & futuræ gloriae nobis pinguis datur Alleluja.

v. Panem de Cœlo præstitisti eis Alleluja,
 R. Omne delectamentum in se habentem Alleluja.

ORATIO.

DEUS, qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos Corporis & Sangvinis tui Sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis m regnas &c. HT.



HYMNUS IN PROCESSIONE CANTANDUS.

JESU dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia,
Sed super mel & omnia
Ejus dulcis præsentia.
Nil canitur svavius,
Auditur nil jucundius
Nil cogitatur dulcius
Quam JESUS DEI Filius
JESU spes pænitentibus,
Quam pius es petentibus
Quam bonus te quærentibus,
Sed quid invenientibus.
JESU dulcedo cordium,
Fons vivus lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne desiderium.
Nec lingua valet dicere,
Nec litera exprimere,
Expertus potest credere,
Quid sit JESUM diligere.
JESUM quæram in lectulo,
Clauso cordis dubiculo,
Privatim & in publico,
Quæram amore sedulo.
JESU Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis
Totus desiderabilis.
Mane nobiscum Domine,
Et nos illustra lumine,
Pulsa mentis caligine,
Mundum replens dulcedine.

Quando cor nostrum visitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vilescit vanitas
Et intus fervet charitas.
Amor JESU dulcissimus,
Et vere svavissimus,
Plus millies gratissimus,
Quam dicere sufficimus.
Hoc probat ejus passio,
Hoc Sangvinis effusio,
Per quam nobis redemptio
Data & DEI visio.
JESUM omnes agnoscite,
Amorem ejus poscite,
JESUM ardenter quærите,
Quærendo inardescite.
Sic amantem diligite,
Amoris vicem redditte,
In hunc ordinem currite,
Et vota votis redditte.
JESU Author clementiae,
Totius spes lætitiae,
Dulcoris fons & gratiae,
Veræ cordis deliciae.
JESU mi bone sentiam,
Amoris tui copiam,
Da mihi per præsentiam,
Tuam videre gloriam.
Qui te gustant esuriunt,
Qui bibunt adhuc sitiunt,
Desiderare nesciunt
Nisi JESUM quem diligunt.
JESU



JESU decus Angelicum,
 In aure dulce canticum,
 In ore mel mirificum,
 In corde nectar cælicum.
 Desidero te millies,
 Mi JESU quando venies?
 Me lætum quando facies
 Me de te quando saties.
 Bonum mihi diligere,
 JESUM nil ultra quærere,
 Mihi prorsus deficere,
 Ut illi queam vivere.

O JESU mi dulcissime,
 Spes suspirantis anima
 Te quærunt piæ lachr.
 Te clamor mentis intit.
 Quocunq; loco fuero,
 Mecum JESUM desid.
 Quam lætus cum invet.
 Quam felix cum tenue.
 Te nostra JESU vox son.
 Nostri te mores exprim.
 Te corda nostra diligat.
 Et nunc & in perpetuū

ANTIPHONA.

REX CHRISTE primogenite,
 Agnelle DEI mystice,
 Virtutum fons vita,
 Mundi Caro viva.
 Divinitatis Hostia,
 Aeterni Patris victimā.

Omnium plasinator,
 Mundi Restaurator;
 Tuo nos Corpore refice,
 Sacroq; Sangvine ablue
 Sordes nostræ culpæ
 JESU CHRISTE.

ANTIPHONA.

Habent Domine, Oculi tui intendentēs super Regnum istud,
 Proceres Regni istius, Regionem istam, & omnem Christianum:
 Sapientiam, Pacem, Charitatem, & omnia quæ nobis i
 necessaria Clemens & propitius tribuere digneris.





620859 Bibliotheca 10.00,-
P.P. Camaldulensium in Bielany

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



00417

